Admont (?), 1. Hälfte 12. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



non magna que in presenti loco scribntur. Alioquin conse
quenter dicerentur oratio. si de presenti esset tempore & non de pre
terito. Manifestum est enim qd post reditum sanitatem de infirmi
tate consurgens ista conscripserit. ex quo non oratio est; gra
ciarum actio pbeneficio qd acceperat. Ego dixi in dimidio die
rum meorum uadam ad portas inferi. quesiui residuum annorum meorum.
Dixi non uidebo dominum dominum in terra uiuentium. non aspiciam hominem
ultra & habitatorem. cessauit generatio mea. ablata est & con
uoluta est a me. quasi tabernaculum pastoris. Precisa est uelut
a texente uita mea. dum adhuc ordirer succidit me. De ma
ne usque ad uesperam finies me. Lxx. Ego dixi in excelso dierum
meorum uadam ad portas inferi. relinquam annos residuos. Dixi
nequaquam ultra uidebo saluatare dominum in terra uiuentium. nec
uidebo hominem adhuc cum habitantibus defectu de cognatu
one mea exiuit & recessit a me sicut tabernaculum solum
qui fixerat. sic tela spes meus recessit. cum a texente succi
datur. milla die tradnus sum usque mane. sic leo sic contri
uit omnia ossa mea. a die usque ad noctem tradnus sum. Nar
rat quid tempore presentis angustie inminentisque languo
ris tacitus cogitarit. Dixi inquit in corde meo. in dimi
dio dierum meorum siue ut aquila & symmachus & theodo
on interpretati sunt in infirmitate & silentio dierum meorum.
pquo lxx excelsum interpretati sunt. obliuiscere si
militudinem ame pro dumme legentes. luce
quidam dame sanguinem uertentes ut sit
sensus. In sanguine dierum meorum quando mee
cruor. meusque expectabatur interitus. hanc desperatione
dixi. uadam ad portas inferi. uel communi lege nature uel
illas portas. de quibus qui liberatus sit psalmista decantat.